



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem
omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S.
Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum
triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 17. Mala mors ea tantum dicenda est, quando quis in peccato moritur,
vt probant D. August. D. Chrysost. & D. Ambros.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52962)

illique ostendit huius civitatis incolas, suis locis ac adibus unumquemque commemorantem. Quae sunt haec domus? quae civitatis huius aedes, ubi mors regnat, nisi sepulchra? Ostendit illi magnas plateas sepulchrorum, diversis specie peccatoribus destinatas: viditque quod eos mors possideret: & quasi Dominum Propheta interrogaret: Domine: quis illos omnes ad tam insulam duxit civitatem, locumque cruciatum: ut eos mors possideat subingatos? Respondet: *Descenderunt in infernum cum armis suis: Id est, cum peccatis suis: haec enim arma sunt, quibus mortem tibi lucrans, sicut bona opera, quibus vitam aeternam emereris: iam enim dixit Apostolus quod impiorum arma peccata sunt, quibus contra Deum militant, & stentia referunt mortis sempiternae. Hec supposito, voluit Christus perfidis illis Iudaeis declarare, quid agerent horrendo illo crimine quo illi recem intendeabant, Nostri quid agatis? Ego vado, tradendo me morti, stentis mihi viam & portitum, qua vado ad Patrem, attamen quod vobis ipsis per hoc lucrabimini, erit mors vestra, perditio, aeternaque damnatio: In peccato vestro moriemini. Familiae Deo erat, populum hunc scinditragu ob sua punire scelera, venum illis semper hoc inculcabat, ea quae patiebantur, suorum poenam esse delictorum & quod ob illa plebe plecteret bellis, fame, servitute, terra sterilitate. Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel instantibus? Nomen Dominus, cui peccavimus? Scribit vates Hieremias litteras per manum scribae Prophetae Baruch, quas sic exorditur: Propter peccata, quae peccastis ante Dominum abducentem in Babylonia captivi a Nabuchodonosor. Porro haec supplicia nunquam fuerunt mortis, aut integre delationis: Immittebat illis hostes, ut carnifices, qui Domini vindicaret iniuriam, & hoc illis ordinabat, quod dixit per Hieremiam, quando populi sui peccatus irritatus, ait: Numquid super his non visis, dicit Dominus? & in gente tali non viscescitur anima mea? Ascendite muros eius, & dissipate con summationem autem nolite facere. Sed propter illud peccatum nimium Christi dicitur, mortui sunt, & hoc sensu, finem accepit tota illa gloria, maiestas populiq; Iudaei celsitudo. Quo devenit illius Republice magnitudo? Summi Sacerdotis maiestas veneranda, populi cultus: sacrificiorum multitudo, quo evanuit. Nestissimum hominibus ecclesie praesidium? prophetarum non interrupta successio? perpetua miraculorum patratio. Omnia haec Deus consumpsit, rededit in pulverem ob peccatum illud, quia Dei vni genitum occiderunt heredem, pro ut ipsis per Hieremiam intentauerat. *Pertransibunt**

Exech. 32. 27.
Rom. 6. 13
Isaia 42. 24.
Baruch. 6. 1.
Hier. 5. 6.
Hier. 22. 8.

gente multa per civitatem hanc & dicit unumquemque proximo suo. Quare fecit Dominus sic civitati huius grande? Et respondebunt: eo quod dereliquerunt pactum Domini Dei sui, &c. Et impletam videmus sententiam, quam perditis illi homines contra seiplos promulgaverunt: quando Christo in illa parabola, quam die Veneris explicabimus, responderunt: *Malos male perdet, de quibus tunc Deo favente fusius disceremus.*

§. 17. Mala mors ea tantum dicenda est, quando quis in peccato moritur, ut probant D. August. D. Chrysostr. & D. Ambros.

Secundus horum verborum sensus est: quod si homo propositio in) signet conegmitam, q. d. Christus, moriemini, perseverando in peccatis vestris: mors vos existentes in peccatis apprehendet. Id quod de peccatore dixit Iob: *Ad inferos peccatum illius, hoc est, inquit D. August. quod ipsis vult praedicere, haec sunt minae, quibus petimos terret: praenuntiavit illis Dominus, dixitq; sententiam praefixit, quod in peccato suo morerentur.* Hoc erat omnium primum terrorem: hae quippe summa erat maxime calamitas, quae perfidis illis poterat obvenire. *Tota infelicitas Iudaeorum ipsa erat, non habere peccatum, sed in peccato mori.* Infelicitas est, habere peccatum, & in illud labi, sed non suprema, qualis est aliquae a morte in peccatis apprehendi. Haec fuerunt quoque minae ceteris terribiliores, quibus olim percussit Dominus refragam illam civitatem Hierusalem, per vatem Hieremiam, quod in peccatis suis polluta moreretur. *Polluta sunt plateae tuae, &c. Hier. 17. Si mutare potest ahiops pellem suam, aut pardus variates sunt, & vos poteritis benefacere, cum dixeritis malum.* Et concludit: *Va tibi Hierusalem non mundaberis post me.* Illud adverbium *Va*, dicit D. Chryl. indicat horrendissimas minas & summam praenuntiat infelicitatem, & haec est, quando quis in peccato moritur, nec de eo penitet, nec emundatur. En prima calamitas, quae quemquam potest obtinere, mori in peccato mortali. Ex professo disputarunt SS. Patres: quae mors hominibus dicenda sit mala, declinanda, dolenda: & quae bona, quaerenda, laudanda: de hac tractat D. Chryl. b. Iob. Filii autem D. b. Amb. pariter D. c. Ang. rident, no mori que cuncti mundi stultum: de hoc iudicium, qui e. a. hanc affecit bonam, quaerendamque mortem, quae e. a. quis hinc abripitur medius inter amicos, in domo propria in lecto prostratus, circumfusus sanguine, mulis, in there, filijs, quos omnes deserit, divites, de variis saepe, honoratos, hanc vero credunt malam, non Dumtaxat.

epandam, imò detestandam, quæ sinistro aliquo
 casu contingente male moritur, qui per iudicis sè-
 tentiam prohibito sùpente pendulus, aut male cal-
 cibus ei eris, aut incendio domus absumptus, aut
 aer arum gurgite prælocatus, aut vi tempestatis
 ad ima maris demersus, aut à feris membratim
 dissectus interiit. Falleris, inquit hi SS. Patres:
 non est hæc, non est mors mala, detestanda, vt
 omnibus numeris infelix reijcienda, sed illa, quæ
 peccatum reddit detestandam & infelicem: nec
 bona, nec optanda est, quæ est in peccato, intelli-
 go mortali: à venialibus enim vix sero tandem
 iusti liberantur. Non est mors illa miserè illam D.
 Laurentij malam dicimus, nec S. Apolloniae de-
 testandam: sed nec illa quæ viator feræ dentibus
 laceratur, nec eum illa D. Iegnatij, à quoquam re-
 probatur, nec illa quæ quis serpentis veneno in-
 fectus perijit: nec enim quis talem esse credit D.
 Euphemij: sed nec illa quæ quis crucifixi: expi-
 rat: nec enim quis talem docuit D. Petri crucis
 mortem, nec D. Andree supplicium, sed nec illa,
 quæ cuius caput deturcatur: eù & D. Ioan. ba-
 ptista, & D. Paul. capite vinctus extollamus. Eo
 plane modo licet omnia cruciatu genera per-
 uagari, quibus Christi martyres occubuerunt:
 quorum mors non mala, sed bona, non infelix,
 sed in conspectu Domini chara predicatur.

brantur: hi sicut pretiosam Sanctorum mortem vo-
 cauit, ita dicitur: Mors peccatorum pessima. Et
 si domi inque sua moriantur, & muliere &
 filij presentibus, & familiaribus, & notis ad-
 stantibus, virtute autem careant, mala erit mors
 est. Quid non seculis vilem esse morte La-
 zari iudicaret, qui ad limina diuitis prostratus e-
 pulonis, cui à planta pedis vsque ad verticè mília
 erat sanitas, canibus circūsepans, qui languentis
 vlcera lambere, exhalat animam inter canum
 linguas, vt ait D. Aug. Cumq; qui ei micæ panis
 si perfrus porrigeret, nullus esset, imò qui nec
 iacentè præteriens aspiciere dignaretur. Et è co-
 tra non felicem assereret atque expectandam mor-
 tem epulonis, qui inter byssem & purpuram, in-
 ter aromata, & fragrantia vnguenta, circumli-
 tatus amicis, delictis assuens, inecicis, medicinis,
 iomentis, odoribus confortaturis ac reparaturis
 ad luxum abundabat? Attend'e tamen quàm op-
 positam teneat Spiritus S. sententiam qui ait:
 quàm Deo fuerit Lazari mors pretiosa, cum ei
 miserit Angelos, in hoc tam periculoso dubioq;
 consiliu adiutores, ac consolatores, cuius animæ
 ecclestes musici debita solverent exten a. Factum Luc. 16.
 est vt moretur mendicis, & portaretur ab Angelis 22.
 in sinum Abrabæ. Et quàm mala fuerit, execra-
 ta imò pessima diuitis mors epulonis: quia in
 peccato mortuus est, demonibus circumdatus,
 cui mori, & animam exhalare, eamque sempiternis
 ignibus deuoveri, vnum idemque fuisse con-
 fitemur. Mortuus est diues & sepultus est in infer-
 no. Hanc questionem optime definiuit rex vates,
 teste D. Chrysol. A quo si percuteris, qualis sit
 mors bona, vnico tibi verbo respondet: Pretiosa in
 conspectu Domini mors Sanctorum eius: siue in i-
 gnibus siue in aqua, siue inter ferarum vngues,
 siue in cruce: si roges quæ mala respondet. Mors
 peccatorum pessima. In superlatiuo gradu, quæ nul-
 la peior, licet inter aromata, serja, delicias, &c.
 Mors peccatorum pessima: ait D. Chrysol. Hoc dico D. Chry-
 sol. malum, cum mala recedere conscientia, & multis Ho. s. ad
 peccatorum curis onustum, & grauatum. Qui enim pop. To. 3.
 puram habet conscientiam, & currit ad premia, ac-
 cedit ad coronam.

18 Audiamus D. Chrysol. hæc omnia subter com-
 D. Chrysol. prehendentem. Nullus inforum dicat eum, qui in
 ho. 56. in alieno solo vitam finit, neque qui in solitudine, ex
 Gen. 1. hac vita decedit, neque enim ille dignus est, qui mi-
 ser dicatur, sed qui in peccatis mortuus est, etiam si
 super lectu etiam si presentibus omnibus amicis spi-
 rituum exhalaret. Et ne mihi frigida illa verba, ridi-
 culaq; & insipientia plena dicat quis, quod ille cano-
 vilis mortuus est, nullo famulatu presente, neq; se-
 pulchra, & sanus ei contigerunt: non est hoc cano-
 ignominiosius mortuum esse, sed si caret virtutis a-
 miltu se regente. Nam quod hoc non offendat instrum
 virtute pradium, discite, quia plerique inforum, Pro-
 phetas dico, & Apostolos, vbi suis sint paucis excep-
 tis ignoramus: & alij quidem capite truncati sunt, alij
 lapidati, alij alijs pœnis expoliti, & ludibij vitam
 pro pietate finierunt, & nullus ausus est discere, quod
 ignominiosa fuerit eorum mors, si d cum sacra Scri-
 ptura dicit, Pretiosa est in conspectu Domini: si in
 terra aliena, & si super paupimentum, imò & inter
 latrones, & etiam si à bestijs deuorentur, pretiosa
 mors, vbi virtus adest. Ioannes nomine decollatus est
 Stephanus lapidatus vita finit. Paulus capite trun-
 catus, Petrus cæcario modo, quàm Dominus cruci-
 fixus, nonne eorum mortes per totum mundum, cele-

§. 18. Ea mors sola bona est, quæ est in gra-
 tia, quæ autem est in peccato, qualiscumque
 sit, mala est.

Hinc intelligo quod vno iusto promittit
 Spiritus S. per os vatis Italia, iuxta expo-
 sitionem nostri Forerij & translationem
 Vatabli. Agit Propheta prius ac declarat, quàm
 de-

D. Ava.
 L. 1. de ci-
 uitate.

Factum Luc. 16.
 est vt moretur mendicis, & portaretur ab Angelis 22.

Hoc dico D. Chry-
 sol.

39 - 40